

1128, diciembre. Castilnuevo

*Alfonso I el Batallador dona a Montearagón la villa de Singra.*

(*Crismón*). In Dei nomine et eius diuina clemencia, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Adefonsus Dei gratia rex, placuit mihi libenti animo et spontanea uoluntate, propter remissionem peccatorum meorum et parentum meorum, dono et confirmo et concedo Deo et ecclesie Ihesu Nazareni Montis Aragonis Fortunioque abbati et successoribus suis et omni conuentui, totam illam uillam que dicitur Signa cum illo castro qui ibi est, cum omnibus suis terminis heremis et populatis quibus habet uel habere debet \*ab\* integro et cum omnibus suis pascuis et aquis, siluis et garricis, ad propriam hereditatem per secula cuncta, et mando uobis ut populetis eam quam cicius poteritis, atque faciatis ibi bonam forçam ad honorem tocius Christanitatis. Et adhuc dono et concedo et confirmo Deo et supra dicte ecclesie Fortunioque abbati et successoribus suis et omni conuentui turrem de Carcem que est prope de Signa cum omnibus suis ter-

minis heremis et populatis ab integro et cum omnibus suis pascuis et aquis, siluis et garricis, ad propriam hereditatem, per secula cuncta et mando uobis ut populetis eam quam cicius poteritis, ad honorem tocius Christianitatis.

Signum regis (*signo*) Adefonsi.

Facta carta donationis et confirmationis in mense decembris in illo castro de Castel Nouo super Molina. Era M<sup>a</sup> C<sup>a</sup> LX<sup>a</sup> VI<sup>a</sup>. Regnante me Dei gratia in Castella et in Aragonie siue in Pampilonia, in Superarbi et in Ripacurcia. Episcopus Stephanus in Osca. Episcopus Petrus in Cesaraugusta. Episcopus Sancius in Irunia. Episcopus Sancius in Calahorra. Episcopus Micahel in Tarazona. Comes Retro in Tutela. Vice comes Gaston in Çaragoza. Sennor Lop Garçez in Alagon. Sennor Fertungarçez in Nagera et in Darocha. Atorella in Riela et in Fontes. Gatzco in Tarazona. Petro Tizon in Stella. Lop Sangis in Belgit. Oriol Garçez in Castro.

Et ego Rodericus propter iussu domini mei regis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum (*signo*) feci.

*AHN. Clero. Montearagón. Carp. 623, n.º 3. Copia de la segunda mitad del siglo XII.*

*Publica José Ángel Lema Pueyo, Colección diplomática..., n.º 201.*